Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8453
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



TRACTATUS DE PSALMO I.

Praeterium tria sunt quasi magna domus quae unam quidam habet exteriorem clauem in posta. In diversis vero intrinsecus cubiculis propriis claues habet.

Licet amplior una clauis sit grandis postes praesertim tamen unumquemque cubiculum habet pro propria clauicula sua.

Si quis igitur clauem consuras de domo proiciat si voluerit aperire cubiculum non potest nisi clauem inuenerit. sic singuli psalmi qui singulae cellulae sunt habentes propriae clauem suam.

Grandis itaque porta istius domini primus psalmus est quia incipit.

BEATUS VIR QUI NON ABIIT in consilio impiorum.

Quidam putant istius psalmi clauem esse Xpi domini persona eum referendam. ut beatus iste vir secundum hominem Xpi sit bona quidem uoluntas sed in pertinacia est. Si enim beatus vir Xpi est et Xpi legendum dicit. quomodo nunc de Xpo dicitur. Sed in lege domini uoluntas eius. deinde quomodo ligno alteri conparatur et dicit

Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum.

Si enim ligno conparatur omne aliquod conparatur minus est a eo cui conparatur.

Ergo maius est lignum quam dominus qui ligno conparatur. Videtur igitur quia sup dni persona non potest intelligi psalmus sed generaliter. De iusto uero dicit licet multipliciter de ioseph dictum est. illo quia abiit in mathia. qui non abiit in consilio iudaeorum. et in via peccatorum non stetit et in cathedra pharisaeorum non sedit.

Tamen nos quod aliis specialiter in illo intelligantur generaliter in uiro iusto intelligamus.

Beatus uir qui non abiit in consilio impiorum. Legimus in genesi maledictum fuisse adam quando dicitur maledicta terra in opere tuo.

Maledictio ergo prima hominis nunc dine soluitur qui in uetere lege una beatitudo ponitur. ceterum in euangelio octo simul beatitudines nuncupantur.

Beatus uir qui non abiit in consilio impiorum beatus uir non homo sed uir. uir qui in perfectum uirum pueri et xpi.